Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Deinde omnia que ad lectulos habere debent . a camario in cellam eandem sciente magistro et unicuique disponente congrua apportantur . simul et cuculle si fieri potest . que usque ad diem professionis eorum ibi seruentur et nomina singulorum in totidem breuiculis per eosdem scripta cucullis singulis ad dorso extrinsecus . vel per semetipsos assuunt . ut in hora consecrationis unusquisque ea que sibi competit induat. Cetera uero quibus in primordio receptionis sue indigent magister eorum a camerario requirat . Post tres autem vel quatuor dies aduentus eorum hiis qui inter eos sunt litterati magistro ammonente codices ad lectionem ab armario dantur . si tamen ad eos non notantur sicut aliis fratribus qui suis libris in capite xl^me ascribebantur.

Quomodo se habeant nouicii in cella sua et quomodo ibi instruantur . ii.

Novitii siue sint pauci siue multi . in predicta cella instruuntur. Cottidie namque docendi omnes ibi conueniunt . uidelicet in duodecim lectionibus . et in oct. natiuitatis domini . pasche . et pentecostes . post primam. In priuatis uero diebus post oblationem poris misse . cum quibus etiam aliqui monachorum adhuc in ordine rudes cum licentia ueniunt . si recituri quando scilla ad capitulum audiunt . excepto si tales sunt qui aliunde uenientes domni abbatis permissu illud nondum acceperunt . Postea si quis nouitiorum quid interrogare vel discere uoluerit . quandocumque aliquod interuallum in die occurrit . sicut est post missam . et post cymbalum percussum . vel in hieme post prandium sponte sua ad eum in eandem cellam ueniunt . nam in hiis temporibus aliquos nouitios uenientes . eius doctrinam ibi capere frequenter inueniunt. Post cenam vel infra xl^mam post prandium numquam pro hac causa illuc accedit . quia nemo tunc ibi instruitur . non nouitii aliquis infra tres dies quando recipitur. In auditorio autem fratrum nullius causa instruendi aliquod uerbum facit. Ergo cum primum hora qua prediximus conueniunt . licet capitulum cum illis habeat. tamen uersiculum Preciosa in conspectu . in capitulo ab eis minime pronunciatur. si magister eorum tantum dicit . Benedicite. Nam unusquisque illorum qui eundem uersum sciebat usque in hanc horam non differebat. qui autem nesciebat dominicam orationem uice ipsius ter recitabat. Sane si sunt . xii . lectiones . in primis sermone euuangelico ammonentur . quod et ea die in capitulo agitur . quod cum Per omnia secula seculorum concluditur. et ab omnibus amen respondetur. In priuatis uero diebus aliquando cum ammonitiuncula que illis congruit . ut in